



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 41. Bellum a Rege Persarum motum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Usumcassanus appellatus, in fortitione Sæcul. XV.
 Provinciarum Cappadociam, & Armeniam A.C. 1457.
 obtinuit, ac præterea Persidem,
 pulsis Tartaris, acquisivit, tandem vero,
 licet Mahometis sectæ addictus esset, Im-
 peratoris Trapezuntini Filiam uxorem
 duxit.

§. XLI.

*Bellum a Rege Persarum Turcis
illatum.*

Usumcassanus igitur imperium suum am-
 pliandi cupidine stimulatus, Syriam, Spond. ad
ann 1457.
n. 16.
 & Ægyptum invadere constituit, atque
 Callisti Pontificis, & Venetorum hortatu
 bellum Turcis inferens, horum copias
 bino prælio profligavit. Ex Ænea & Æn. Sylv.
ut supra.
Platin. in
Callisto III.
 Platina discimus, quod Rex Persarum
 suos ad Callistum Papam Legatos decre-
 verit, datisque ad eum literis significave-
 rit, se duas, easque omnino insignes vi-
 ctorias publicis Ecclesiæ precibus a Tur-
 cis reportasse, proin tanti beneficii, quod
 per divinum potius quam humanum au-
 xilium obtinuisset, se toto vitæ suæ tem-
 pore memorem futurum. Cum vero hos
 Legatos primum Pius II. Successor Cali-
 sti exceperit, aperte constat, missos eos
 fuisse, antequam Usumcassanus tertia cla-
 de a Turcis anno millesimo quadringen-
 tesimo sexagesimo primo attritus esset.

Kk 3

§. XLII.